Conſummatiſsi-

MI IVRISCONSVLTO-

rum Principis & Do. Domini Franciſchini
Curtij Iunioris Tractatus Feudalis, omni-
bus legum ſtudioſis non ſolùm vtilis ve-
rumetiam neceſſarius, quæſtionibus
perq; multis ornatus, numeriſq;
in margine adiectis, necnon
Summarijs locuple-
tior redditus,

Adnotationibus item pleriſq; decenter illuſtratus,
Ac nuperrimè diphthongis & accentibus additis,
quàm hactenus fuerit, in venuſtiorē ſpeciē digeſtus,
accurateq; caſtigatus: cui copioſum acceſsit præci-
puarum materiarum Repertorium per ele-
menta Alphabeti pulchrè diſtinctum.

LVGDVNI

APVD HAEREDES IACOBI GIVNTA.

M. D. XLVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

ILLVSTRI AC BE-
nemerito, Regio Delphinatus ac Mediolani præſidi, Iafredo caroli, Franciſchinus Curtius Iuris vtriuſque Doctor,
S.

EVoluenti animo mecum illuſtris & benemerite Regie Præſidens, quantum Ticinenſis achademia tibi debeat, quandoquidem eius in vtroq; cornu laborantis, non modo conſeruandæ, verum etiam mirum in modum augendæ curã ſuſceperis, adeo vt te auſpice ac duce omnium, quæ ſub Chriſtiano cœlo ſunt florentiſsima, hoc tempore & dicatur & ſit. Tu omnium ſcientiarũ Doctores regio munere amplecteris, & ſtipendio numeroſo dignos facis. Tu tua munificentia & cura ex omnibus Gymnaſijs *ingenia florida ad hanc* Regiam achademiam exornãdã trahis: ita vt inuitatiuncula præmiorum tanquam ad ſuum mœcenantem Muſæ omnes doctrinæ altioris concurrant. Tu vero vt es animo diuino benignoq; neminẽ reſpuis: ſed in omnes beneficia collocas, & amabilem reddis. Quamobrem, quũ inter cæteros muneribus à te exornatus, pluri-

mum

Fertilis Tractatus feudalis nouiter

editus per Veridicum Iureconſultum do. Franciſchinum Curtium iura ciuilia matutina in prima ſede ordinariè interpretantem in Ticinenſi achademia, in quo principales feudorum materiæ pulchro ordine cumulantur.

Prologus.

OPtati iamdudum fratres corcatiſsimi aliquid lucubrationum meaꝝ elucéſcere, ꝙ vſui veſtro omniumq́ in literaria philoſophia inſudantium conducere poſſet. Verum aliquãdo nõ parũ meã propoſito retardauit, ꝙ Marchum Antoniũ hominẽ quidẽ ingenioſum dicere ſolitũ ferũt, ſe ideo nullã vnquã orationẽ ſcripſiſſe, vt ſi aliquãdo opus eſſet quid à ſe non eſſe dictum, poſſet id ſe negare dixiſſe. Quo fit, vt maximo oneri ſuppoſitũ ſe intelligat, qui dicta ſua ſcriptis demãdat, cũ infinitis cenſoribꝰ ſe ſubmittat neceſſe ſit, diu tamẽ mihi alter cauſati hæc ſentẽtia potior viſa eſt, quandoquidem ſcriptura ſit omnium rerum conſeruatio. Niſi enim antiquorum ſplendida geſta & dicta ſcriptis demandata fuiſſent in hominum memoria nullatenus verſarentur. Et vt pulchrè inquit Bal. in procemio Decretalium, quemadmodũ triſte eſt diuiti decedere ſine hærede, ita miſerrimum eſt habenti gratiam intellectus poſteris ſuis .i. ſtudioſis nihil ſcriptum tanquam hæreditarium relinquere. Cum igitur inter cæteras vtriuſq; iuris materias (vt quotidiana forenſium cauſarum docet experientia) feudalis materia nõ minus lucroſa quàm ſubtilis ſit. Attẽto quòd in ea inter principes & magnates arduæ quæſtiones tractantur. Summo

Verbum libere importat quòd nullius consensus requiratur, hoc est sine altero vel sine alterius contradictione.ij.q.ij.partis.nu.5.fo.89.

Verbum genus potest trahi ad paternum & maternum.iij.parte.nu.30.fo.134.

Verba sententiæ seu rescripti sunt stricte interpretanda & in eis licitum est argumentum à contrario sensu.iiij.q.j.partis.nu.5.fo.31.

Verba enunciatiua prolata in aliquo actu per habentes potestatem sic disponendi probant.viij.q.j.partis.nu.10.folio.62.

Verba ista res solita infeudari vel consueta infeudari an differant.iiij.q.ij.par.nu.1.fo.102.

Verba ista quibuscunq; hæredibus & successoribus in inuestitura feudali apposita quid operentur.ij.parte.iij.partis.nu.63.fo.195.

Vbi vnus tantum est vasallus de aliquo feudo de quo non est *quæstio* sed *quæstio* est de alio non dominus sed pares curiæ iudicabunt.vij.parte prin.numero.4.fo.503.

¶Vox vnius vox nullius.j.parte.nu.7.fo.12.

Vsus tanti temporis cuius initij memoria non existit vim priuilegij dicitur habere.j.parte.nu.8.fo.12.

Repertorium hoc super feudali materia sequenti primitus ordinatim aggregatum vtiliter *explicit.*

LVGDVNI

Excudebant Petrus Compater, & Blasius Guido.

Anno Restitutæ salutis

1547.